

Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

20 Collatio facta à Papa consanguineo resignantis est valida.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

p̄venient etatem, asservent, factō interdum circuitu retrocessionis cum fru-
ctuum reservatione, vel incapaces, aut alijs
beneficiis incompatibilibus onusti, aut me-
re laici beneficia ecclesiastica alijs confer-
ri procurant, ut de illis postmodum ad eo-
rum libitum disponatur, fructus etiam il-
lorum percipientes. Ordinatij etiam, &
alijs collatores, ac etiam patroni laici, qui
curant beneficia deponi, ut fructus, seu
pensiones capiant corundem, & alijs faci-
ant ministrari, & beneficia conferri, aut
pensiones, & fructus reservari: Si quis, qua-
cunque auctoritate ecclesiam, vel mona-
sterium, aut aliud quæcunque benefici-
um ecclesiasticum ex resignatione, vel ces-
sione cuiuscunq; personæ simpliciter,
aut cum circuitu retrocessionis, etiam lo-
la dimittentis intentione, receperit,
ut illa, vel illud eidem dimittenti, vel alte-
ri postea conferatur, aut illius fructus, vel
eorum pars, alijs, aut alijs concedantur, vel¹⁹
pensiones ex iisdem persolvantur, aut si
collator conferat beneficium ecclesiasti-
cum quovismodo vacans, ea conditione
tacita, vel expressa, ut posteā in alterum ar-
bitrio collatoris, seu alterius relinquit, aut
remittat, seu pensionem illi, vel illis, quem,
vel quos collator, aut cedens, vel alius per
se, vel alium scripto, aut verbo jussit, seu
significaverit, persolvat: vel si à patrono
etiam laico, vel alteri presentatori, aut
electori id fieri contingat, in quovis dicto-
rum casuum confidentia pravitas erit con-
tracta, ut per const. Pij V. intollerabilis, §.
quare nos, in Bull. Romia, cap. 87. & Diaz
pract. crim. eo. 6. 92. in annot. vers. nec circa.
¹⁷ Navar. dict. c: 23: numer: 110.

† Qui vero beneficia quæcunque, fru-
ctus, pensiones, aliaſ vē res, intercedente

hoc confidentiæ vitio, receperint, & reti-
nent, omnibus, & singulis alijs dignitati-
bus, administrationibus, & beneficijs ob-
tentis, fructibusque, & pensionibus, & alijs
rebus ecclesiasticis, ac etiam Romanæ cu-
ritæ, & alijs officijs temporalibus, priva-
tionis, & inhabilitatis ad alia in posteruna
obtinenda pœnam incurront, & in subsidi-
um, excommunicationis sententia inno-
dantur, à qua, nisi à Romano Pontifice
præterquam in mortis articulo constituti,
absolutionis beneficium obtinere non pos-
sunt, ut eadē const: ut in fin: sub eodem num:
110, & ibi per eundem Navarr. vers. no-
ta decimō. & vers. undecimō quod subn. III.

Nam dicta confidentia † octo conje-
cturis probatur, ut per eundem Nava-
eo. numer 110. vers: septimō nota, dicitur eti-
am simonia conventionalis, confiden-
tia beneficialis, ut per Graff. dict.
cap. 96. numer. 28. par. 1. lib. 2.

Terriò, † beneficia per resignationem
vacantia consanguineis, affinibus, vel fa-
miliaribus auctoritate ordinaria conferri
non possunt, alias de hujusmodi beneficiis
sic provisi parent titulo, qui vires, & ef-
fectum habere non potest, & contrafaci-
entes, tam collatores, quam provisi in eo,
in quo delinqunt, puniuntur, quia à
jure conferendi suspensionis pœnam ipso
facto incurront, donec remissionem à Ro-
mano Pontifice meruerint obtainere, & ta-
liter provisi titulo parent, & alias pœ-
nas incurruat, ut in constitut. vij V. quan-
ta Ecclesia. §. ceterum, & §. qui verò, in
Bull. cap. 58. Auctoritate tamen Aposto-
lica per resignationem beneficia consan-
guineis, affinibus, & familiaribus resig-
nantium conferuntur, † quia dicta con-
stitutio non habet locum in provisionibus

Fff

Apo-

Apostolicis, sed tantum in auctoritate ordinaria factis, ad tollendam supcionem fraudis, ut ibi legitur, quæ in Papa cefsat, cum ipse sit dominus omnium beneficiorum, & de illis arbitrio suo disponere possit, & eidem (dummodò non sit contra fidem) omnia liceant, & suis constitutionibus non ligetur, Abb. in cap. magne numer. 17. de vot. & vot. redempt.

21 Quartò, † auctoritate Apostolica provisi non sine vigore litterarum Apostolicarum titulum, & possessionem acquirere possunt, & eorundem beneficiorum possessionem supplicationis vigore apprehendentes fructus, quos ex illis pro tempore accipiunt, non faciunt suos, sed ad beneficia in eisdem supplicationibus expressa, obtinenda, perpetuè inhabiles ipso facto efficiuntur, & ad fructuum ex illis perceptorum restitutionem in utroque foro tenentur, ut in extravagag. Pauli III. cum nobis, §. nec non partes, in eodem Bull. cap. 5.

22 Quintò, † plura beneficia habere non licet, sed unum tantum beneficium ecclesiasticum singulis est conferendum, quod si ad vitam ejus, cui confertur, non sufficiat, licitum erit, ut aliquid simplicius sufficiens (dummodum vitrumque personalem residentiam non requirat) eidem conferatur, concil. Trid. cap. 17. de reformat. sess. 24. cap. vno, 10. q. 3. c. 1. 2. & 3. 21. q. 1. cap. sanctorum, 20. distinct. Diaz. pract. crimin. cap. 48. n. 5. & Ioan. de Lig. intract. de plu. benef. col. 2. Propterea parochialem ecclesiam obtinens; † si ei alia parochialis auctoritate ordinaria conferatur, habita secunda parochialis pacifica possessione, prima vacat ipso jure, c. de multa, & ibi Abb. numer. 1. & nu. 16. de grab. Staphil.

intrat. de grat. expect. tit. de qualit. & stat. benef. num. 2. & nu. 40. & Diaz ubi supra, circa fin. Si † verò cum secunda parochiali, aut alio beneficio curam animarum annexam habenti primum parochiale quod retinere praesumit, incurrit pœnam, quod utraque est ipso jure privatus, & inhabilis ad sacros ordines, & alia beneficia obtinenda, extravagag. execrabilis, §. qui verò deinceps, & ibi glo. in verb. ipso jure, de præb. & dignit. conc. Trid. in cap. 4. de reform. sess. 7. & Mandes in addit. ad Lap. alleg. 48. in ver. ipso jure.

Habenti † simplex beneficium, quod ad unius non sufficiat sustentationem, poterit Ordinarius aliud beneficium conferre, ex disposit. conc. eod. c. 17. non autem plura, quam duo, etiam quod tenuis sint redditus, nec ad unius sufficiant sustentationem, ut à sacra congregat. Card. super declaratione decretorum suisdem conc. Trident. fuit super eodem cap. 19. decimum, ut in decis. sub tit. Ravennaten, & alias sub tit. Veronen. † Plura autem beneficia simplicia ultra duo auctoritate ordinaria obtinens, quia illa possidet contra ejusdem laici concil. Trid. dispositionem, & sic sine titulo, dicitur intrusus, & non facit fructus suos, sed illos, uti fur, restituere tenetur, ut post plures citatos, tenet Graff. decis. aur. cap. 97. numer. 48. par. 1. & incidit in pœnam, quod poterit tunc alii ultra duo iure privari, & etiam ultra unum si illud ad sustentationem sufficiat, quia cetera sine Papæ dispensatione absque mortali peccato retinere non valet. cap. conquerente, & ibi Abb. numer. 2. de cler. non residen. Navar. cap. 25. numer. 127. & Graff. d. cap. 97. numer. 17.

Sext.